INDEX LECTIONUM

IN

LYCEO REGIO HOSIANO BRUNSBERGENSI

PER HIEMEM

A DIE XV. OCTOBRIS ANNI MDCCCCII
USQUE AD DIEM XV. MARTIS ANNI MDCCCCIII

INSTITUENDARUM.

PRAECEDIT **PROF. DR. GUILELMI WEISSBRODT:**
DE PRONOMINIBUS DEMONSTRATIVIS IMPRIMIS VERSIONUM LATINARUM EVANGELIORUM. DE CODICE CREMIFANENSI ET DE FRAGMENTIS EVANGELIORUM VINDOBONENSIBUS SIG. N. 383 (SALISBURGENSIBUS 400), NORIMBERGENSIBUS N. 27932 COMMENTATIO. PARTICULA V.

BRUNSBERGAE.
TYPIS HEYNEANIS (G. RIEBENSAHM).
1902.

LYCEI REGII HOSIANI BRUNSBERGENSIS

RECTOR ET SENATUS

CIVIBUS SUIS

S.

De pronominibus demonstrativis imprimis versionum latinarum Evangeliorum. De codice Cremifanensi et de fragmentis Evangeliorum Vindobonensibus sig. N. 383 (Salisburgensibus 400), Norimbergensibus N. 27932 commentatio. Particula V. De codice Erlangensi N. 525—526 Particula II.*)

I.

In pronominibus *hi his ii iis ei eis* difficile est textum assequi, quem Hieronymus ediderit. Qua de re ut disseram, a ceteris casibus proficiscendum esse puto. Habes igitur:

I. *eius qui misit* Jh 4_{34} 5_{30} 6_{38-39} $7_{16.18}$ 9_{4} 14_{24}. *viderat* Jh 9_{18}. *mortuus fuerat* Jh 11_{39}. *cognatus eius cuius*[1]) Jh 18_{26}. *ei qui vult* Mt 5_{40}. *habet, non h* — $25_{28.29}$. *blasphemaverit* Lc 12_{10}. *misit* Jh 5_{24}. *daemonium habuerat* Mr 5_{16}. *invitaverat* Lc 14_{12}. *venit* $_{31}$. *eum qui potest* Mt 10_{28}. *misit* 10_{40} Mr 9_{36} Lc 9_{48} 10_{16} Jh 7_{33} 12_{44-45} 13_{20} 15_{21} 16_{5}. *missus fuerat* Lc 23_{25}. *habet* 12_{5}. *venit* Jh 6_{37}. *caecus fuerat*[2]) Jh 9_{13}. *ascenderit* Mt 17_{26}. *in eum quem misit*[3]) Jh 6_{29}. *in eum qui dicitur locum* Jh 19_{17}. *ad eum diem quo*[4]) Mt 24_{38}. *eam quae erravit* Mt 18_{12}. *fecerat* Mr 5_{32}. *id quod de foris est*[5]) Mt 23_{26}. *de intus est*[6]) Lc 11_{40}. *deterius est*[7]) Jh 2_{10}. *ab eo qui aufert* Lc 6_{29}. *non habet* 19_{26}. *in eo qui habitat, sedet* Mt 23_{21-22}. *maior eo qui misit* Jh 13_{16}. *ex ea quae fuit Uriae*[8]) Mt 1_{6}. *ex eo quod abundabat* Mr 12_{44}, *deest*[9]) Lc 21_{4}. *eo quod*[10]) *non habebat* Mr 4_{6}, *esset* Lc 1_{7}[11]) 2_{4}[10]) 19_{11}[10]) Jh 19_{38}[12]), *sit*[10]) Lc 11_{8} 19_{9}[13]), *non cognoveris*[14]) Lc 19_{44}, *diceretur*[10]) Lc 9_{7}, *nosset*[10]) Jh 2_{24}. *pro eo quod non credidisti*[15]) Lc 1_{20}. *eo quod audierat*[16]) Lc 23_{8}.

---

[1]) συγγενὴς οὗ [2]) αὐτὸν τόν ποτε τυφλόν [3]) εἰς ὃν ἀπέστειλεν [4]) ἄχρι ἧς ἡμέρας [5]) τὸ ἐκτός [6]) τὸ ἔσωθεν [7]) τὸν ἐλάσσω [8]) ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου [9]) ἐκ τοῦ ὑστερήματος [10]) διὰ τό cum infinitivo. [11]) καθότι ἦν [12]) *eo quod esset discipulus* ὢν μαθητής [13]) καθότι ἔστιν [14]) ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως [15]) ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας [16]) διὰ τὸ ἀκούειν = [10]); Wordsworth-White cum plurimis libris rectius *audiret*. Sic ex meis Cremif., Vindob. 1024, Erl., Treverensis eccl. cathedr. 134, S. Maximini, Dresdensis A 63. Idem de subiunctivo imperfecti notandum Mr 4_{6} ex iisdem libris; recte igitur W-Wh: *haberet*.

*) Rei typographicae causa, scilicet eius, cuius in hoc oppido ratio habenda est, observationes *de pronominibus demonstrativis* commentationi *de codice* etcet. praemitto.

Item in plurali: *ea quae dicta sunt* Lc 145. *ea quae sunt de me*[17]) 2237. *ea quae possidet* 1121. *eorum qui occiderunt* Mt 2331, *aderant* Lc 2348. *eorum de quibus eruditus es*[18]) Lc 14. *eos qui diligunt* Mt 546 Lc 632, *occidunt faciunt recumbebant missi sunt* Mt 1028 1341 149 2337. *sedebant habebant crediderint* Mr 334 655 1617. *indigebant intreibant mittuntur mittebant venerant* Lc 911 1152 1334 211 2252. *eos qui cum illis erant*[19]) Lc 2433. *eos qui adorant crediderunt, audierunt scribendi sunt* Jh 424 831 1821 2125. *eos quos dedisti*[20]) Jh 1711. *non sapis ea quae dei sunt sed quae hominum*[21]) Mt 1623. *ad ea quae testificantur*[22]) Mt 2662 Mr 1460. *in ea quae sub coelo sunt*[23]) Lc 1724. *ea quae pacis sunt*[24]) Lc 1432. *ea quae mittebantur* Jh 126. *opus sunt*[25]) 1329

Rarius est pronomen *ille**): *illi qui incidit* τοῦ ἐμπεσόντος Lc 1036; *illi qui habet* 1924, ubi tamen Wordsworth-White ex Egertonensi et Epternacensi *ei* enotant; *illi qui sanatus fuerat* Jh 510 *illum qui vexabatur* Mr 515; *illam quae perierat* Lc 154; graece ubique participium scribitur. Addas: *illum discipulum quem diligebat;* τὸν μαθητὴν ὃν ἠγάπα Jh 2120. *Vae autem illi per quem veniunt* οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται Lc 171. Vulgata Jh 917 *de illo qui aperuit;* multi libri, in quibus Cr., Vind., Erl., Dresd., Adae, Monac. antehier., Aureus Holm., cum Wordsworth-White *de eo qui;* graece: περὶ αὐτοῦ ὅτι ἤνοιξεν.

Sed non memini in eiusmodi enuntiatis me legere *huius qui, huic, hunc, hanc, hoc, hac, horum qui* etc. in Vulgata Evangeliorum; enotavi autem neutrum ex Colbertino Mt 2662 *ad haec quae testificantur,* ex eodem et Corbeiensi *propter hoc quod* Lc 120, ibidem *propter hoc quia* e Veronensi, *pro hoc quod* e Monacensi; de aliorum codicum et Vulgatae versione eorundem locorum *ad ea quae* et *pro eo quod* supra dixi dicamque in adn.

II. Nominativum sing. supra consulto praetermisi: Lc 743 *is cui donavit* ᾧ ἐχαρίσατο; Monac. antehier., Vindob., Rehd., Max.**, COTY apud Wordsw-Wh *his*, W *hiis;* in Max *h* erasa. —

[17]) τὰ περὶ ἐμοῦ [18]) περὶ ὧν κατηχήθης [19]) τοὺς σὺν αὐτοῖς [20]) graeca structura discrepat [21]) οὐ τὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων [22]) τί καταμαρτυροῦσιν [23]) εἰς τὴν ὑπ' οὐρανόν [24]) τὰ πρὸς εἰρήνην [25]) ὧν χρείαν ἔχομεν. Sexaginta quinque locis, quos non notulis 1—25 insignivi, textus graecus participium habet, ut τοῦ πέμψαντος *eius qui misit,* τῷ θέλοντι *ei qui vult* etc. —

*) Qui pronominum delectum accuratiori aestimationi subiecerit, is vix temere modo *is* modo *ille* relativo praefixum esse credet; sed eam rem persequi ab hac quaestionis parte alienum est.

**) „Max" vel „Mx" significat codicem membranaceum saeculi ut mihi videtur noni, in cuius pag. 9 litteris diplomatum aetatis non admodum recentis scriptum est *Codex sancti maximini. siquis eum abstulerit anathema sit in aeternum;* in p. 11 a recentiori manu *Ex libris Imperialis Monastery S. Maximinj.* Quod monasterium usque ad invasionem Gallicam stetit ad Mosellam prope Treveros fuitque ni fallor ordinis S. Benedicti. Codex constat foliis 252, quorum altitudo 34, latitudo 27 centim. efficit. Ab initio et in fine iam non integer erat, cum nescio quo saeculo eum involucro querneo et pelliceo munierunt; deerant compluria folia. Tempore invasionis videtur Confluentes transportatus esse, ubi sub tegulis aedificii quod vocatur *Alte Burg* aliquamdiu latuit. Inferiorem partem mures corroserunt, superiorem humores affecerunt; sed longe maxima pars superest. Possidet Lyceum.

Duo prima folia continent partem canonum Eusebii. Folii tertii pagina exterior, quae vacua erat relicta, habet: *INCIPIT TEXTVS EIVSDEM LIBERALIBVS. Disciplina ad* (sic) *discendo nomen accepit* etcet.; est initium Etymologiarum Isidori usque ad *septima austronomia quae continet legem a strorum*; 1 lit., *u*, erasa. Sub finem versus alia manus alio atramento scribere perrexit: *quicquit de ierusalem dicitur ad xpm* (lineola super *m*) *et eclesiam refertur* etcet.; finit *ego autem sicut oliua fructificaui in Domo Dni. Dix..;* litteras duas vel tres non enucleo; cf. Ps. 5110, Eccli 2423. Pagina interior: *INCIPIT PREFACIO EIVSDEM. Plures fuisse qui euangelia conscripserunt* etcet. *eclesiasticis uiuis canendas*. Cum libris, quos W-Wh infra textum exscripserunt, praeter vulgaria ut *eructuare* (bis), *marchus* (bis), *fulgora* communia habet haec: p. 1115 W-Wh *seruitutis,* 1213 *bethiniae,* 131 *diuinitatem,* 137 *erat uerbum* sine *hoc,* 1318 *pedes eorum,* 141 *spiritus dei,* 2 *leonis,* 3 *homini.*

Lc. 14 9 *is qui vocavit* ὁ καλέσας, *his* OT. Jh 5 13 *is autem qui sanus fuerat effectus* ὁ δὲ ἰαθείς, *his* C; *is qui est a deo* ὁ ὢν . . . 6 46; *his* COTV, Mx; *is qui — erat vexatus* ὁ δαιμονισθείς Lc 8 36 Cr. Vind. Norimb. Vercel.; omittunt cum plurimis manuscriptis Vulgata et Wordsworth-White. Accedunt Mt 7 21 ὁ ποιῶν *his qui facit* Veron; Vul et W-Wh relativum tantum scribunt, ut plurimi libri; Germanensis pluralem *hi qui fatiunt;* Mr 14 44 Bobiensis *is qui eum tradebat* ὁ παραδιδούς; Monac relativum tantum praebet: *qui eum traditurus erat*, item Verc *qui eum tradebat*, et Colb *qui tradidit.* Vul, W-Wh, plurimi codices *traditor.*

Ille qui venit ὁ ἐλθών Jh 7 50; *ille homo qui dicitur ihs* ἄνθρωπος λεγόμενος 9 11; *discipulus ille qui testimonium perhibet* ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν 21 24.

Praeter ordinem disputandi duos locos insero, quibus non sequente relativo falso aspiratur: Lc 8 28 *is ut vidit; hiis* W, *ille* G. 15 27 *isque dixit; hisque* CT, *at ille* M et G.

III. Maior quam de nominativo sing. masc. existit de nominativo pluralis masc. dissensio:

Mr 4 10 *hi qui cum eo erant* οἱ περὶ αὐτόν; *hii* duodecim W-Wh[1]), item Cremif. Ehrenbreitstein, Monasteriensis, alii. 10 42 *hi qui videntur* οἱ δὲ δοκοῦντες; *hii* Crem., octo W-Wh[2]).

Spatium quod superfuit folii quarti explet tractatus *De signis tonitruum in XII mensibus Mense ianuario tonitrus si insonuerit ullus praeualidus uentos nunciat ipse fore. Ast in eodem anno bellum praenunciat esse* etcet. Sequuntur Evangelia nostro ordine; prologi antehieronymiani cum brevibus servati sunt in Mr, Lc, Ih; brevem Marci litterae ex parte graecae in margine usque ad *IV* partiuntur. Inter prologum et brevem Lc unam paginam explet interpretatio quinquaginta novem nominum, in quibus sunt *caesar possessio principales, pontius declinans consilium, pilatus os malleatoris, petrus agnuscens, herodes pellicius*. Epistulae S. Pauli sequuntur Apocalypsim; praemissi sunt praeter prologos S. Hieronymi canones Priscilliani. Nonnullis Apocalypsis locis glossa interlinearis addita est, interlinearis et marginalis epistulae ad Rom. usque ad 6 19. — Epistulam ad Hebraeos sequuntur haec: *Explicit ad Hebraeos feliciter; incipiunt duodecim capitula sinodica: Siquis non confitetur deum esse secundum ueritatem emmanuhel et propter hoc* etcet.; ultimi versus, qui incipit *quod uita est*, maximam partem mador corrupit. Excipit capitula duodecim *Confessio fidei. Credimus in deum patrem — praemium.* Sequitur: *Unus — inconuertibilis et inmutabilis eadem trinitas semper amen. Credimus in unum deum patrem omnipotentem uisibilium — anathematizat catholica et apostolica eclesia. explicit. Credimus in unum deum patrem omnipotentem et in unum unigenitum — aeterni subplicii. Anastasii* (sic) *episcopi et conf. Quicumque uult saluus esse — crediderit sa —;* reliquam partem sententiae mures comederunt, putredo initium absumpsit octo versuum, qui finiunt: *ueritatem rebellis est.* Deinde alia manus minoribus litteris: *Primus ex nostris Iulianus africanus*; est initium Chronicorum Isidori omissis sine ratione sex verbis primis; *Iulianus* pro *Iulius* habent complures libri apud Mommsen, *Chronica minora (Mon. germ. hist.; Auct. ant. t. XI)* p. 424. E textu qui sequitur nunc satis habeo attulisse *uel si lotacharii ac sisebuti, mahuhiael;* cf. Mommsen p. 425. 427. Finit *uitam ducit. fiunt;* cf. p. 490, 10; *igitur ab exordio* evanuit; pauca quae desunt non dubito quin in folio deperdito scripta fuerint. Proclive est de Hispanica codicis origine cogitare.

[1]) Cum persuasum habeam, in quibusdam quaestionibus recentiores quoque libros minime contemnendos esse, et nunc ipsum, textu iam typis expresso, tres codices membranaceos bibliothecae Regiae Regiomontanae inspiciam, iis aut in spatio supra relicto aut infra textum utor ita, ut littera „a" significem eam bibliam, quam „Caspar Praepositus plebanus in Vischausen de patriis bonis anno Domini CIOCCCXXVI ad praedicationem suam emit quamque assignavit et de facto dedit ecclesiae suae in perpetuum possidendam"; ita fere ipse inscripsit; est N. 1074 in IV°; „b" est N. 1610 in fol. fortasse saeculi XIII; „c" est N. 1712 in IV°, potius exeuntis saeculi XIV quam ineuntis; etiam „a" et „c" totum vetus et novum Testamentum continent. — *hii* CDEEpH'Θ*ILRTWZ*, abc. — [2]) BCDEp GRTW, abc —.

Lc 7 14 *h i autem q u i portabant οἱ δὲ βαστάζοντες; h i i* decem W-Wh[3]), Crem Erl Max Aur-Holm Adae Ehrenbreitstein, sed plures cum Vulgata et W-Wh faciunt. 16 26 *h i q u i volunt οἱ θέλοντες; h i i* undecim W-Wh[4]) Crem Erl Adae. 22 49 *h i q u i circa ipsum erant οἱ περὶ αὐτόν; h i i* undecim W-Wh[5]) Crem Vind Norim Ehrenbr Aur-Holm Adae; sed *e i q u i* Harleianus apud W-Wh saec. VI vel VII.

Mt 8 33 Mr 5 14 *οἱ δὲ βόσκοντες;* Vul et W-Wh cum plurimis libris illic *pastores,* hic *q u i pascebant;* illic Mon Verc Brix Erl *h i q u i pascebant,* Veron *h i i q u i;* hic Veron *h i q u i pascebant;* Vaticanus apud Mai, *script. vet. nova coll. III,* Bob et Colb Mt 8 33 *illi qui pascebant.*

Lc 7 14 *i l l i q u i portabant* Colb Palat-Tischend; Mr 11 20 Bob sic: *et praetereuntes i l l i q u i cum eo erant viderunt παραπορευόμενοι εἶδον;* unde versio sumpserit *qui cum eo erant* nescio; Vul et W-Wh *cum transirent, viderunt.* Idem Mr 15 32 *i l l i q u i cum eo fixi**) *erant latrones οἱ συνεσταυρωμένοι;* Vul et W-Wh *q u i cum eo crucifixi erant.*

Lc 20 34-35 opponuntur *filii huius saeculi οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου* et *illi vero qui digni habebuntur saeculo illo, οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου;* sed Vind unus *hi autem,* alter *hi vero,* Corbeiensis *at hi,* Rehd *at hii,* altera *i* superscripta.

Lc 1 2 *οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι;* Vul, W-Wh, libri qui mihi praesto sunt (praeter Erl), Hieron. *de viris inl.* c. 7 et *prol* IV *evv.* dant: *qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt;* Erl: *h i q u i.* Sed *h* in ras., ante eam litteram una vel duae deletae sunt. Fuit *illi* an *alii?*

IV. De dativo et ablativo plur. idem quod de nominativo praedicandum est: *πολὺς ταραγμός:*

Mt 5 44 *h i s q u i oderunt τοῖς μισοῦσιν; hiis*[1]) Veron Monast BE (W-Wh); *i s* W. Sed Lc 6 27 in iisdem verbis Verc *e i s;* WY *h i i s*[2]). Mt 8 33 Vul *omnia et d e e i s q u i daemonia habuerant πάντα καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων; de eis* etiam Hentenius: *d e h i s* cum plurimis libris W-Wh; *de hiis*[3]) 4 apud eosdem et Monast. Mt 12 4 *panes quos non licebat ei edere neque h i s q u i cum eo erant* Vul et W-Wh; *τοῖς μετ' αὐτοῦ; hiis* EW[4]) et Monast; *eis qui* Corb et Bobiensis. Mr 2 26 *τοῖς σὺν αὐτῷ dedit e i s qui cum eo erant* Vul et W-Wh cum multis, velut Verc Colb Monac, fragm. Bern., Cantabr Brix Am Adae Crem Vind Erl Mx Dresd Berol 1, Monast[5]; *his* Veron, Treverens. cath. 134; *hiis* Egertonensis. Lc 6 4 *dedit h i s q u i cum ipso erant. hiis*[6]) WY, *e i s*[7]) *q u i* Verc Veron Colb. — Mt 25 34 *h i s q u i a dexteris erunt τοῖς ἐκ δεξιῶν* Vul et W-Wh; *hiis* 5 W-Wh[8]) et Monast; *eis* Corb. 25 41 *h i s q u i a sinistris erunt τοῖς ἐξ εὐωνύμων; hiis* 4 W-Wh[9]), Monast, *eis* Corb. Mt 26 51 *unus ex h i s q u i erant cum εἷς τῶν μετά, hiis* 4 W-Wh[10]), Monast; *eis* Brix et Erl, *i s*

---

[3]) BfCDEpGIOTWZ*, abc. — [4]) BfCDEEpIORTWX, abc. — [5]) CDEEpHΘIMtRTW, abc.

*) Forcellinius-deVit tmesin commemorat *ut cruci eum figerent* ex Corb et Colb Mt 27 26 Quo iure ex Corb, non video; locus est e Verc Colb et Veron desumptus. Addas eadem verba e Verc Jh 19 6 et e Veron Jh 19 16; e Pal *potestatem, figere te in crucem* Jh 19 10, ex eodem *ut in crucem tolleretur, in crucem tulerunt, in crucem sublatus, cum fixissent, qui confixus erat illi in crucem, ubi fixus cruci fuit* Jh 19 16, 18, 20, 23, 32, 41; e Bobiensi ed. Wordsworth-Sanday-White *(Old-latin biblical texts)* Mr 15 13—14 *cruci eum fige,* 15 15 *tradidit figendum cruci,* 15 20 *abduxerunt eum ad figendum,* 15 24 *cruci eum fixerunt;* e Cantabrigiensi Bezae Mr 15 13-14, 15, 24, 32 *cruci adfige eum,* (15 13 et Corb f[2]), *ut cruci adfigeretur, cruci adfixerunt, qui simul cum eo adfixi erant;* Mt 27 44 *qui fixi erant cum eo.* Hieron. *de v. inl.* 1: *adfixus cruci* (Petrus), ibid. *crucifigeretur.* Sed Didascaliae Apostolorum fragm. Veron. et Canonum reliquiae *ed Hauler* iam habent *crucifixus est sub Pontio Pilato* 64 19; 73 4.

[1]) abc. — [2]) abc. — [3]) EEpRW, abc. — [4]) abc. [5]) abc. — [6]) ac. — [7]) b — [8]) CE*EpRW, abc. — [9]) CE*RW, abc. — [10]) CE*RW, abc.

Cantabrigiensis, cui saepenumero relativum sufficit[11]), nisi substantivum vel participium praefert. 26 71 *ait his qui erant ibi τοῖς ἐκεῖ, eis* BQ apud W-Wh et Corb f², *hiis*[12]) Monast, simpliciter *eis ibi* Monac. 27 54 *viso terrae motu et his quae fiebant ἰδόντες . . τὰ γενόμενα; hiis* 3 W-Wh[13]), Monast;

Cod. Monasteriensis minorem tantum partem contuli. Mr 16 10 *nuntiavit his qui cum eo fuerant τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις; hiis* W[14]), *eis qui* Colb Corb f², *iis qui cum illo* fragm. Sang. Mr 16 14 *iis qui viderant τοῖς θεασαμένοις* Vul, *is* Ingolstadiensis et fragmentum Pragense, *eis* Colb, *hiis* 2 W-Wh[15]), *his* multi et W-Wh.

Lc 1 79 *inluminare his qui sedent τοῖς καθημένοις; hiis* LW[16]), *iis qui* Veron; *praelucere eis qui* Pal, *i sedentes* Verc. 2 18 *de his quae dicta erant περὶ τῶν λαληθέντων; de is* W; *de iis* Verc; *de eis* Pal[17]). 2 33 *super his quae dicebantur ἐπὶ τοῖς λαλουμένοις; hiis* W[18]). 2 49 *in his quae patris sunt ἐν τοῖς τοῦ πατρός; hiis* LW[19]) 6 33—34 *his qui bene faciunt τοὺς ἀγαθοποιοῦντας, hiis* V, *his a quibus speratis παρ' ὧν ἐλπίζετε; hiis* W[20]), *eis* Pal Verc. 9 36 *ex his quae viderant ὧν ἑωράκασιν; hiis* W[21]), *eis* Verc. 9 61 *renuntiare his qui domi sunt τοῖς εἰς τὸν οἶκον; hiis* W[22]), *eis* Verc Colb. 12 4 *ab his qui occidunt ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων; eis* Pal Rushw Vind; *hiis* W[23]). 12 15 *ex his quae possidet ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, hiis* 3 W-Wh[24]), *is* Germanensis. 23 14 *ex his in quibus eum accusatis ὧν κατηγορεῖτε; ex is* Monac, *de iis* Verc, *ex hiis* 4 W-Wh[25]). 23 39 *unus de his qui pendebant τῶν κρεμασθέντων; hiis* 3 W-Wh[26]), *ex iis* Verc. 24 14 *de his omnibus quae acciderant περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων; hiis* 4 W-Wh[27]); complures pronomen non adhibent, recte: *de omnibus quae.*

Jh 1 22 *his qui miserunt τοῖς πέμψασιν; eis* Pal, *iis* Verc *hiis* E*W[28]). 2 16 *his qui vendebant τοῖς πωλοῦσιν; eis* Pal Rehd, *hiis* E[29]) 6 2 *super his qui infirmabantur ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων; hiis* EW[30]). 6 13 *superfuerunt his qui manducaverant τοῖς βεβρωκόσιν; eis* Veron Monac, *hiis* 4 W-Wh[31]).

Jh 1 12 Vul et W-Wh cum longe plurimis libris: *dedit eis potestatem . . his qui credunt ἔδωκεν αὐτοῖς . . . τοῖς πιστεύουσιν;* Verc Monac Am, 2 W-Wh *dedit illis p — his qui*[32]).

17 20 *οὐ περὶ τούτων . . μόνον ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων.* Vul *non pro eis . . tantum, sed et pro eis qui credituri sunt;* W-Wh *non pro his . . tantum, sed et pro eis*; sic Pal Am Dresd Ehrenbr, Trev. eccl. cath, prima manus in Vindob, altera *et pro his*; item utrobique *his* Colb Veron Crem Erl Max, duo apud W-Wh. Priore igitur loco participium *τοῖς πιστεύουσιν* unus alterve reddit *his qui*, altero *τούτων* in causa fuisse videtur, cur participium *τῶν πιστευόντων* exprimerent *eis qui.*

---

11) Locis, quos Scrivener, *Introduction p. XLII*, enumeravit, adde: Mt 12 4 *non licebat ei manducare, nec qui cum eo, nisi sacerdotibus*; 26 62 *nihil respondes, quid isti testantur de te;* Mr 14 60 *non respondes nihil, quid isti tibi testantur;* Lc 9 61 *permitte mihi primum abrenuntiare, qui sunt in domum;* 10 36 *quem putas proximum fuisse, qui incidit in latrones;* 19 30 *ite in contra qui est castellus;* Jh 17 9 *non pro hoc mundo rogo sed de quibus dedisti.* Sed explicatius, quam Vulg, Cantabrig vertit Lc 19 24 *τοις παρεστωσι his qui astabant* et 24 24 *τινες των συν ημειν quidam de his qui erant nobiscum*; Vulgata et W-Wh et sine dubio ipse Hieronymus breviter *astantibus* atque *quidam ex nostris.* Lc 1 1 idem *narrationem de his quibus conpleta sunt in nobis rebus*; Vul *narrationem quae in nobis completae sunt rerum.*

Illud *διὰ τὸ* cum infinitivo, quod p. 3 in adnotatione 10 attuli, transfert *propter quod* Mt 13 5 Lc 8 6, ubi Vul et W-Wh *quia*; Mr 4 5, Vul et W-Wh *quoniam;* praeterea habet Lc 2 4 9 7 11 8 19 11.44 23 8; Vul et W-Wh *eo quod.*

12) CERW, abc. — 13) CE*W, abc. — 14) abc. — 15) RW, abc. — 16) abc. — 17) abc *hiis.* 18) abc. — 19) abc. — 20) Utrobique abc *hiis.* — 21) abc — 22) abc. — 23) abc. — 24) E*EpW, abc. — 25) E*EpRW, abc. — 26) *ex* a E*RW, abc. — 27) E*RW, ac ; b *his.* — 28) abc. — 29) abc. — 30) ac ; b *his.* — 31) ΔERW, abc. — 32) *eis potestatem, hiis qui* abc.

Sed non desunt apud W-Wh, qui pro *τούτων* dent *hiis*. Cantabrig: . . . *propter istos (περὶ τούτων) rogo solum, sed et pro his qui (περὶ τῶν)*. 17 20 *non pro hiis* ΔE*RW; *sed et pro his* DMt.[33])

17 9 *pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti περὶ αὐτῶν . . οὐ περὶ τοῦ κόσμου . . ἀλλὰ περὶ ὧν δέδωκας;* sic Am Brix Holm Adae Max Ehrenbr, Trev. eccl. cath., Dresd, alii, Vul et W-Wh; *pro eis . . . sed pro eis* Pal Veron; *pro eis . . pro mundo hoc . . . his* Colb; *pro eis . . pro mundo* sine *hoc . . . hiis* 4 W-Wh[34]); *pro illis . . mundo . . eis* Monac; *pro illis . . mundo hoc . . illis* Verc; Cantabr: *pro eis rogo, non . .* (cf. adn.[11] p. 6)

12 20 *gentiles ex his qui ascenderant; hi ergo accesserunt ἐκ τῶν ἀναβαινόντων. Οὗτοι . . προσῆλθον.* Partim *τῶν* et *οὗτοι* vertunt *his hi*; *hiis hii* W[35]); partim distinguunt: *eis hi* Verc, *his hii* Pal Holm Crem Vind Erl (sed huius corrector unam *i* erasit) Ehrenbreitst Adae Max et alii apud W-Wh[36]).

Ceterum versiones aliae aliis locis graecam structuram solvunt. Velut Mt 5 44 Vul et W-Wh cum hieronymianis plurimisque antehieronymianis *orate pro persequentibus vos ὑπὲρ τῶν διωκόντων;* Bobiensis et Germanensis *orate pro eis qui persecuntur; pro his qui* Cypr ²/₃ apud Wordsworth Ll. Idem Bobiensis Mt 5 15 *lucet omnibus eis qui in domo sunt πᾶσιν τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ,* ceteri omittunt *eis*. Mt 8 10 idem *dixit eis qui se sequebantur τοῖς ἀκολουθοῦσιν;* ceteri *sequentibus se*. Idem Mr 8 39 *sunt hic quidem ex eis qui adstans*, ceteri *quidam de hic stantibus εἰσίν τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων.* Mt 16 28 Pal *sunt quidam ex is qui adsistunt τῶν ὧδε ἑστώτων*, Vul *quidam de hic stantibus*. Mr 6 22 plerique *simul recumbentibus τοῖς συνανακειμένοις;* Veronensis et Brixianus *his qui simul recumbebant*. Lc 1 1 Pal *narrationem de his rebus quae impletae sunt*; de Vul cf. adn.[11] p. 6.)

De cod. Cantabrigiensi videsis eandem adnotationem. Sed parci verborum ultra modum sunt Monac et Corb f²: Lc 2 49 *nescitis quod in patris mei oportet me esse ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με*, Vul W-Wh *in his quae patris mei sunt*.

V. In hac quaestione inter dativum vel ablativum pluralis ab altera parte, ab altera ceteros casus interesse aliquid, quod quodammodo nunc iam liquere existimo, id etiam planius fiet e nonnullis locis, quorum binas invenis versiones casibus discretas: Sub **I** legisti Mr 16 17 *signa eos, qui crediderint, haec sequentur σημεῖα τοῖς πιστεύσασιν παρακολουθήσει;* Erlangensis autem, qui ad similitudinem graeci textus structuram exigit, dativo utitur, nec tamen *eis*, sed *his*: *his qui crediderint*; W-Wh nullam casus nec pronominis differentiam in suo apparatu statuunt.

Mr 5 40 Vul et W-Wh *assumit patrem et qui secum erant τὸν πατέρα . . καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ.* Pal: *cum adsumpsisset patrem et eos qui secum erant;* Monac *adsumto patre et eos qui secum erant;* Brix: *adsumpto patrem et eos qui cum eo erant;* Veron autem: *adsumpto patre et his qui secum erant.*

Sub eadem rubrica **I** legimus Mt 10 28 *nolite timere eos qui occidunt; μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων;* Cantabr autem: *ne timueritis ab his qui occidunt.* Sed in eodem versu omnes libri: *timete eum qui potest φοβήθητε τὸν δυνάμενον*; sub **IV** Lc 12 4 eadem verba graeca in omnibus libris latine expressa vidisti *ab his qui* praeter Palatinum, qui habet *ab eis qui;* idem vero Pal Lc 14 5 *erit perfectio de his quae dicta sunt ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις*, ubi Verc *erit consummatio eorum quae dicta sunt*; Vul et W-Wh *perficientur ea quae dicta sunt*.

Mt 27 54 *viso terrae motu et his quae fiebant; ea quae fiebant* relicta structura latina Verc et Rusworthianus.

Lc 17 24 Vul et W-Wh cum omnibus quos novi libris hieronymianis *in eā quae sub caelo sunt*, sed Veron Brix Monac *in his quae*. Mr 14 60 *respondes ad ea quae;* Bob *de his que*.

VI. Redeamus ad casum multitudinis rectum videamusque, ubi *οὗτοι* respondeat.

---

[33]) a c cum Vul. *non pro eis, sed et pro eis*; b *non pro hiis, sed et pro eis*. — [34]) DE*EpW; bc; a *eis*. — [35]) abc. — [36]) BBtDΔEEplO.

Mt 1338: *bonum semen, hi sunt filii σπέρμα, ουτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ; hii sunt* Vat (Mai) Cantabr Germ Holm Crem Vind Adae, Trev. cath, Mx Ehrenbr Dresd Berol 1, Monast, tredecim W-Wh[37]). 2012 *hi novissimi fecerunt οὗτοι οἱ ἔσχατοι, hii* Pal Germ Cantabr Adae Mx Holm Crem Vind Monast, novem W-Wh[38]). 2021 *sedeant hi duo filii mei οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου; hii* Vatic Germ (cf. Wordsw., *old-latin b. t*, ad locum) Corb f² Rehd Crem Vind Adae Mx Berol 1, Ehrenbr Monast, undecim W-Wh[39]). 2546 *ibunt hi ἀπελεύσονται οὗτοι; hii* Brix Germ Cantabr Holm Adae Mx Erl Ehrenbr Monast Rehd (altera *i* supra lineam add.), decem W-Wh[40]).

Mr 415 *hi autem sunt qui circa viam οὗτοι δέ εἰσιν οἱ παρὰ τὴν ὁδόν; hii* Holm Crem Vind Max Berol 1, Ehrenbreitstein Monast, undecim apud W-Wh[41]). 416 *hi sunt similiter qui seminantur οὗτοί εἰσιν ὁμοίως οἱ σπειρόμενοι; hii* Holm Crem Vind Adae Mx Ehr Monast, decem W-Wh[42]). 418 *hi sunt qui audiunt οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσαντες; hii* Crem Vind Holm Adae Mx Ehr Monast decem W-Wh[43]). 420 *hi sunt qui seminati sunt οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ . . . σπαρέντες; hii* Holm Crem Vind Adae Mx Ehr Monast, novem W-Wh[44]). 1240 *qui devorant . . hi accipient prolixius iudicium οἱ κατεσθιόντες . . οὗτοι λήμψονται; hii* Holm Crem Vind Adae Ehr, undecim W-Wh[45]).

Lc 814 *quod in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt τὸ εἰς . . πέσον, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσαντες; hii* Pal Holm Crem Vind Adae, octo W-Wh[46]); *hy* Germ. 815 *quod in bonam terram, hi sunt, qui retinent τὸ δὲ . . οὗτοί εἰσιν οἵτινες κατέχουσιν; hii* Crem Vind Holm Adae, 8 W-Wh[47]); 813 *hi radices non habent οὗτοι . . ἔχουσιν; hii* Holm Crem Vind Adae Ehr; (in Rehd altera *i* sup. lineam;) septem W-Wh[48]). Versus incipit: *οἱ ἐπὶ τῆς πετρὰς, οἳ ὅταν ἀκούσωσιν . . δέχονται;* complures versiones interpretamentum inserunt *hi sunt (qui cum audierint); hii* Corb f² Holm Crem Vind[49]); Vul et W-Wh cum plurimis libris minus perspicue: *qui supra petram, qui cum audierint.* 812 *qui secus viam, hi sunt qui audiunt οἱ παρὰ τὴν ὁδόν εἰσὶν οἱ ἀκούσαντες; hii* Pal Holm Adae Crem Mx Ehr, 7 W-Wh[50]); in Erl prima manus *secus viam sunt qui audiunt*, corrector *hii* ante *sunt.* Sub **III** exhibere nolui, quia versus ad versuum 14 et 15 similitudinem conformatus videtur, ad quam nonnulli etiam 13 redegerunt. 821 *fratres mei hi sunt qui audiunt ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούοντες; hii* Pal Crem Vind, fragm. Norimb, Holm Adae, septem W-Wh[51]); 132 *putatis quod hi Galilaei peccatores fuerint οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι . . ἐγένοντο; hii* Crem Vind Holm Adae Mx, decem W-Wh[52]). 1940 *hi si tacuerint; si hi* W-Wh; *ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν; si hii* Crem Vind, frag. Norimb, Holm Adae Mx, decem W-Wh[53]), *hii si* Toletanus[54]). 2047 *hi accipient οὗτοι λήμψονται; hii* Crem Erl Ehr Holm Adae Mx, undecim W-Wh[55]); in Rehd prima manus *hic*, corr. *hii.* 21 4 *omnes hi miserunt ἅπαντες γὰρ οὗτοι; hii* undecim apud W-Wh[56]), Crem Vind Holm Ehr Adae Mx. 2122 *dies ultionis hi sunt ἡμέραι . . . αὗταί εἰσιν; hii* decem W-Wh[57]), Crem Adae Mx Ehr. 2417 *qui sunt hi sermones quos confertis? τίνες οἱ λόγοι οὗτοι οὓς ἀντιβάλλετε; hii* Pal Holm Rehd Crem Vind Erl (sed altera *i* expuncta) Adae Mx Ehr, novem W-Wh[58]).

Jh 65 *ut manducent hi ἵνα φάγωσιν οὗτοι; hii* Crem Vind Erl Holm Mx Adae Ehrenbr, cath. Trev undecim W-Wh[59]); in Rehd altera *i* superscr. — De 1221 vide quae sub **IV** de

---

[37]) BCDEEpHLORTWXZ*; abc. — [38]) BCEEpHL?ORWZ; abc. — [39]) BCEHΘLORTWZ*; abc. [40]) BCDE*EpLRTWZ*; abc. — [41]) CDEEpGLORWZ*; abc. — [42]) CDEEpGLORTW; abc. — [43]) CDEEpILORTW; abc. — [44]) CDEEpILORW; abc. — [45]) BCDEpΘLMORTW; abc. — [46]) Bf*CDEEpHTW; abc; de Germ *hy* dubito; saepe enim *i* quod videtur nihil aliud est quam *i* geminatum, cuius altera littera infra producitur, in recentioribus omnibus; quam origenem adhuc scriptura Batavorum ostendit. [47]) Bf*CDEEpGTW; abc. — [48]) CDEEpTW cor. uat*, abc; *i* G. — [49]) c; ab = Vul et W-Wh. — [50]) Bf*COTEHW; abc. — [51]) BfCDEEpTW, abc. — [52]) BfCDEEpIMtTWZ; ac; b *illi.* — [53]) BfDEEpΘ*IORVW. — [54]) a. — [55]) BBfDEEpΘIORTW; abc. — [56]) BfDEEpAH IRTWZ*; abc. — [57]) BfCDEIRTWZ*; abc. — [58]) BfDEEpHIRTWY; bc; a *isti.* — [59]) BfCDΔEEpGIWYZ; abc.

12 20 dixi. — 17 11 *hi in mundo sunt*, οὗτοι . . εἰσίν; *hii* Pal Crem Vind, cath. Trev, Mx, undecim W-Wh[60]). 17 25 *hi cognoverunt* οὗτοι ἔγνωσαν; *hii* Holm Crem Vind Mx Ehr Dresd, duodecim W-Wh[61]). 18 21 *ecce hi sciunt* ἴδε οὗτοι οἴδασιν; *hii* Crem Vind Holm Ehr Dresd, tredecim W-Wh[62]).

Lc 9 36: *inventus est Jesus solus. Et ipsi tacuerunt.* Καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν. Pal *hii autem tacuerunt.*

VII. Eandem dativi et ablativi plur. significationem persequamur:

Mt 5 37 *quod his abundantius est* περισσὸν τούτων, Monast EW, *hiis*[63]). 6 32 *quia his omnibus indigetis* χρῄζετε τούτων ἁπάντων, *hiis* Monast EW[64]). Lc 12 30 *quoniam his indigetis* ὅτι χρῄζετε τούτων; *hiis* W[65]), *his* cum lineola transversa super *i* Max.

Mt 18 10 *ne contemnatis unum ex his pusillis* ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων; *hiis* W, Monast[66]). Mr 9 41 *unum ex his pusillis* ἕνα κ. τ. λ., *hiis* RW, ac; b *istis.*

22 40 *in his duobus mandatis* ἐν ταύταις δυσὶν ἐντολαῖς, *hiis* ElW, Monast, abc, *is* H.

25 40 *uni ex his fratribus* ἑνὶ τούτων τῶν ἀ . . , *hiis* Monast, CEQW[67]); 25 45 *uni de minoribus his* ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, *hiis* Monast, CEW[68]. Contra Erl, quasi pronominis, cuius ablativus est *his*, genetivus sit *eorum: uni eorum fratrum meorum minimorum;* cf. **V.**

Mr 14 60 *quae tibi obiiciuntur ab his* τί οὗτοι καταμαρτυροῦσιν, *hiis* RW abc, *eis* 5 W-Wh[69].

Lc 13 14 *in his (diebus) venite* ἐν ταύταις; *his* cum lineola transversa super *i* Max; *hiis* EW abc. 16 26 *in his omnibus* ἐπὶ πᾶσιν τούτοις; *hiis* EW abc.

18 23 *his ille auditis* ἀκούσας δὲ ταῦτα, *hiis* EEpW[70]). Sed Mt 19 25 in *auditis autem his* ἀκούσαντες δὲ (W *hiis*[71]) pronomen latinae dictionis causa suppletum est, ut *hoc* (*hoc audito*), *quo* (*audito*) Mr 2 17 6 16 etcet. — Lc 19 28 *his dictis* εἰπὼν ταῦτα; *hiis* EW[72]). Pal item *his dictis* Jh 11 28 . 43, ταῦτα εἰποῦσα (Martha), ταῦτα εἰπών (Jesus); Hieron. vim auget *haec cum dixisset*, ut plures ante eum.

21 28 *his autem fieri incipientibus* ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι; *hiis* ERW abc. 24 18 *his diebus* ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις; *hiis* WY, a c, b *his.*

Jh 1 50 *maius his videbis* μείζω τούτων; *hiis* ΔW[73]). 5 20 *maiora his* μείζονα τούτων; *hiis* ΔW[74]). Graecismum 14 12 *maiora horum*, Hieronymo et multis veterum communem, vitat Monac: *his.* 5 3 *quinque porticus; in his iacebat* ἐν ταύταις κατέκειτο; *hiis* EW[75], *is* R, *hiis* Rehd, prior *i* uncis inclusa. 21 24 *testimonium perhibet de his* περὶ τούτων; *de hiis* EEp, abc.

Mr 7 8 *similia his* παρόμοια τοιαῦτα, *hiis* CL; Cantabr *huiusmodi*; *hiis bc*; a: *h* cum 2 lin. transversis.

Mt 11 7 Cantabr: *his autem abeuntibus* τούτων δὲ πορευομένων; ceteri, hieronymiani et antiquiores: *illis*; idem Lc 12 27 *unum ex his* (*liliis*) ἓν τούτων; ceteri *ex istis.*

VIII. De versione pronominis οὗτος exposui ita, ut *iste* commentationis parti inferiori reservarem; nunc de αὐτός interpretando referam: in dativo et ablativo plur. plerumque redditur vel *illis* vel *eis*, et hoc *eis*, quod sequente relativo sub **IV—V** multo rarius quam *his* invenisti, sine relativo in omnibus libris sive antehieronymianis sive hieronymianis tam saepe recte scribitur, ut non possis quin credas constantem aliquam legem subesse, quam librariorum oscitantia vel arbitrium interpretum rarissime tetigerit. Sexcenties enim vides *ab eis* Mt 2 4 . 7 6 1 9 15 etc., *apparuit eis* 2 7, *dixit eis**) 3 7 8 26 9 28 12 3 . 25 etc. Rarissime igitur ab hac norma recesserunt, velut:

Mt 21 3 Vul et W-Wh cum plurimis: *si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet (asina et pullo)*; αὐτῶν χρείαν ἔχει; *hiis* EW[76]), Monast; *hys* Max[77]). Qui autem dictionem,

---

*) De formula *ait ei, eis* multo rarius quam *ait illi, illis* occurrente infra dicetur.

[60]) BfCΔEEpGIORSW; abc. — [61]) BfCDΔEEpΘIRTWZ; abc. — [62]) BBfCDΔEEpΘIORWZ*; abc. — [63]) abc. — [64]) abc. — [65]) abc. — [66]) abc. — [67]) abc. — [68]) abc. — [69]) BDEpMtO. — [70]) abc. — [71]) abc. — [72]) abc. — [73]) abc. — [74]) abc. — [75]) abc. — [76]) abc. — [77]) videtur ab *Y* eo tantum discerni, quod hoc paullo ante habet punctum superpositum.

quae genetivum poscit, praetulerunt, non scripserunt *horum*, sed *eorum: quia Dominus operam eorum desiderat* Corb f[1] et f[2], Vatic (Mai), Monac, Veron; *opera eorum* Verc et Germ. — Mr 12 23 Vul et W-Wh cum plurimis: *cuius de his erit uxor? τίνος αὐτῶν ἔσται; de hiis* RW[20]), *de eis* Kenanensis; Verc *cuius illorum;* Corb f[2] *cui eorum.* Mr 16 12 Vul: *post haec autem duobus ex his ambulantibus ostensus; δυσὶν ἐξ αὐτῶν;* W-Wh cum multis libris *ex eis*[21]); sic etiam Verc Crem Vind Erl Adae Max Ehrenbr Dresd Rehd Colb; *ex his* Corb f[2] Holm, cath. Trev. et nonnulli apud W-Wh; *hiis* R.

Jh 17 12 Vul *Quum essem cum eis, ego servabam eos . . . Quos dedisti mihi custodivi et nemo ex eis periit μετ' αὐτῶν—αὐτοὺς—οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν.* Cum Vul consentiunt Veron Foroiul Cantabr Adae, JR apud W-Wh; *illis illos illis* Monac; *illis eos illis* Verc; *eis illos is* Pal; *eis eos ipsis* Corb f[2]; *eis eos his* Colb Am Fuld Crem Erl Holm Ehr Dresd etcet; in cod. cath. Trev. tertio loco fuit *eis,* corrector fecit *his;* sic W-Wh. Qui igitur *his* scribunt, item ut Corb f[2], distinctius, quam textus graecus, ad initium versus respiciunt. — Mt 20 13 *uni eorum dixit ἑνὶ αὐτῶν;* solus Palatinus *uni ex his.* 22 35 *interrogavit eum unus ex eis εἷς ἐξ αὐτῶν; ex ipsis* Kenanensis, *ex illis* Monac, *ex his* Pal et Vat (Mai). 25 2 *quinque ex eis πέντε ἐξ αὐτῶν; ex his* Cantabr. 27 48 *unus ex eis, εἷς ἐξ αὐτῶν; ex illis* Kenanensis, *ex his* Cantabr. Lc 4 42 Pal *ne discederet ab his ἀπ' αὐτῶν;* ceteri omnes *ab eis; ab his,* ad *hic* relatum, ineptum est: *turbae detinebant eum, ne* — .

Mt 23 34 *καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε . . καὶ διώξετε.* Vul et W-Wh: *ideo ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas, et ex illis occidetis et crucifigetis, et ex eis flagellabitis . . et persequemini;* sic Brix Colb Corb f[1] Germ Foroiul, alii, recentiores fere omnes; mihi *ex illis . . . et ex illis,* quae est lectio Epternacensis, Lichfeldensis, Rehd et cath. Trev, a gravitate textus graeci magis commendatur, quam Vulgatae variatio. Alii pronomine semel utuntur: *ex illis* Vatic (Mai), Monac Veron Corb f[2], Egerton; *ex eis* Pal; quod Cantabrigiensis semel dat *ex his,* e graeco eius textu repetendum est, qui unum *καὶ ἐξ αὐτῶν* habet, quapropter eundem textum decurtatae quae hodie videtur versioni sex illorum codicum subesse censeo.

IX. Articuli vice fungitur *hi* Lc 17 17 in antehieronymianis: *οὐχὶ οἱ δέκα ἐκαθαρίσθησαν; οἱ ἐννέα ποῦ,; hi decem mundati sunt; novem ubi sunt?*

Mt 20 24 *ἀκούσαντες οἱ δέκα ἠγανάκτησαν; illi decem indignati sunt* EpLQ.

Sed Mr 10 41 *ceteri decem* Corb f2 Colb Verc Monac Holm Cantabr lectioni *οἱ λοιποὶ δέκα* debetur; Vul et W-Wh cum hieronymianis et optimis graecorum simpliciter: *decem.*

Confer *eis ibi* supra p. 7 lin. 2.

De aliis locis confer Roensch, *Itala und Vulgata,* p. 419–20.

Articulum, graeca voce *ἀρθρόν* versa, primus apud Romanos nominavit Plinius (Probi instituta artium, Grammatici latini ed. Keil, tom IV. pag. 133), sed iam Varro multis locis et Nigidius Figulus apud Gellium (N. A. XIII. cap. 26 §. 4 Hertz) ad casus, numeros, genera nominum distinguenda pronomine *hic* usi sunt, quem usum iam definivit quodammodo Varro de l. l. IX. pag. 485 Speng.: *ea virilia dicimus, quibus praeponimus hic et hi, et sic muliebria, in quibus dicere possumus haec aut hae.*

Illa, de qua p. 6 **IV** dixi, perturbatio duplex est; cernitur enim **a** pronominum *is* et *hic* variatione, quorum prius in omnibus casibus numeri singularis, nominativo pluralis generis neutrius et in genetivo et accusativo pluralis omnium generum praevalet, alterum praevalere videtur in nominativo pluralis generis masculini et in dativo et ablativo pluralis omnium generum; **b** simplicis et duplicis *i* differentia: *hi hii, his hiis.* *)

[20]) ac;b *his.* — [21]) abc.

*) Quod ad *hy hys* attinet, supra ex uno alterove libro enotata, *y* littera non videtur esse graeca, sed *i* geminata; ubi in iis extrema linea *hys* non capiebat, dirimebant *hi is.*

Haec altera perturbatio minuetur, si rubricas **III** et **VI** p. 5 et 8 cum **IV**, **VII**, **VIII** contuleris: in *hii* multo saepius incidis, quam in *hiis;* qui ex antiquioribus libris a doctis librariis accuratius scripti sunt, nihil eo setius fere omnes passim *hii* habent, *hiis* rarissime; recentiores utrumque saepissime, velut codex W editorum Wordsworth-White p. XIV 26, „a Willelmo de Hales anno 1256 scriptus," Regiomontani tres abc, Monasteriensis;*) pauci, velut Amiatinus, graeco-latinus Sangallensis ab omni eiusmodi vitio liberi sunt. Tischendorfii verba p. XXX: „nom. pl. saepe est *hii*" certe in evangeliis contra Henrici Juliani White, qui nullo loco dedit, testimonium stare non poterunt.

Ab Evangeliis, unde profecti sumus, facile etiam ad *Didascaliae Apostolorum fragmenta Veronensia latina et Canonum qui dicuntur Apostolorum et Aegyptiorum reliquias,* quas *primum edidit EDM. HAULER anno MCM,* devertemus. Si pronomina spectas ea, de quibus nobis agitur, hac scripturae te offendent:

Hii igitur beatificabuntur* 38 5, sententia respicit ad superiora, item quae sequuntur quinque: *hii* sunt de quibus dixit Dominus* 45 18; *hii* sunt de quibus statuit Dominus* 46 10; *hii* enim sunt aduersarii et contrarii ecclesiae* 45 35; *hii* ergo spiritum sanctum blasfemant qui omnipotentem Deum blasfemant* 46 29; *hii* sunt qui iam condemnati sunt* 47 2; *[h]ii qui intra domum eius sunt, [h]ii qui foris domum sunt* 10 30.35; *[h]ii qui sani sunt* 19 11; *[h]ii qui dicunt* 57 29; *[h]ii qui bene ducti sunt* 68 4; *[h]ii qui credunt* 79 33. Stellula, ut editoris verbis utar, significatur id vocabulum in apparatu sive in altera editionis parte tractatum aut commemoratum iri; uncis quadratis abicienda includuntur. De qua re quid sentiam, infra patebit; antea alias eiusdem codicis palimpsesti scripturas exhibere oportet: *hi qui tradiderunt nobis seniores* 79 26.

eis qui indigent dabit omnibus 28 3. *ab eis quae iactantur blasfemiis* 9 14. *eis hominibus qui oboediunt* 2 10. *sine sapientia sunt* 7 20, *in uinculis erant* 28 19, *docent* 31 14, *discipuli sunt* 42 2, *percipiunt* 74 21, *credunt* 68 11, *sperant* 71 16, *temptantur* 66 5, *ab eis qui docent* 31 14, *sapiunt* 78 34; *eis quae infirmantur* 35 6. — Sine relativo: *eis* 3 30.34. 4 14. 11 9. 18 7.19. 19 30. 22 15.16. 27 24. 29 26. 37 14. 39 3. 45 5. 50 17 bis, 18. 56 11. 56 23.41. 76 11; *ab eis* 19 28. 33 23; *cum eis* 11 10. *pro eis* 64 5;

his qui peccauerunt 3 27 19 3 20 20. *sine misericordia sunt* 6 24. *parati sunt* 13 6. *duro corde sunt* 16 27. *aegrotant* 19 14. *desiderant* 26 19. *crediderunt* 46 21. *in lege testimonium, uitam esse in ea his qui utuntur eam* 51 35. *his qui condemnati sunt* 53 26. *habent* 57 13. *uae his qui habent* 37 25. *his qui digni erant* 63 17. *audiunt* 64 11.13. *praesunt* 66 25. *his quae dantur utentes* 24 32. *similes his qui ab Esaia significantur* 31 17. *ab his qui tales sunt* 11 24. *cum eodem sunt** 9 28. *sperant* 57 14; *ab his a quibus recesserit* 58 12. *cum his qui conuersantur* 57 3. *de his qui tribulantur* 36 29. *non credunt, abnegant* 39 22—23. *penitebitur de his quae egit* 12 21. *de his quae accipiuntur* 38 31. *fluxerunt* 42 20. *sunt secundationis* 55 13. *dicta sunt* 63 15. *in his quos elegisti* 68 35. *pro his qui dant illi* 38 2. *pro his quibus petit* 33. *de his quae singulis decreta sunt loca* 66 28. *cum his qui praesentes fuerint episcopi* 68 17.

En frequens dativi et ablativi *his* sequente relativo usus! Videamus igitur de ceteris casibus.

Is *qui expulsus est* 20 2. ***ea*** *quae patiebatur* 62 6. ***id*** *quod* (nom. vel acc.) 38 4. 39 10. 53 7—8. 57 16. 60 29. 66 32. 72 18. — *dignae* ***eius*** *qui eas uocauit* 31 3. *rememorans eius uiduae cui testimonium*

---

*) Quod de omni fere contextu eius, non ut sub **IV** de parte tantum hoc praedicare possum, eximiae Subregentis Seminarii Clericalis Monasteriensis, Francisci Rampelmann, liberalitati debeo. *Dilectus pater dominus Henricus Ahues dedit fratribus, quando primo misit eos wesaliam;* de quo cf. „Realenc. für prot. Theol. u. Kirche" ed. III., vol. I. sub *Ahues.* Liber potest saec. XIV esse.

fertur 33 23. *memor sit qui offert eius qui illum uocauit* 75 6. — *pepercerit* **ei** *qui peccat et permittit eum manere* 11 30. *ei qui idolatra fuit* 23 19. *praeest* 26 28. *ordinatur* 68 24. *ei quae circumuenit eam cogitationi* 32 23. **eum** *qui me misit* 18 35. *conuertitur* 20 24. *expulsus est* 20 33. *non erat Levita* 26 2. *optulit* 76 17. *temptat* 80 29. *spiritum eum, cuius participes sunt* 72 17. *ad eum qui illum reiecit* 59 7. *ad eum locum qui* 40 27. *propter eum qui inuentus est error* 68 7. *super eum qui* 2 28. — **eam** *quae concessit, non cessit* 30 2—3. *eam virtutem quae a te est* 69. *eam imaginem quae* 67 35. *reminiscens eam quae super penitentes est bonitatem* 20 35. *eam, quae .. est, regalem eucharistiam offerte* 61 16. *eam, quae permansit traditionem custodiant* 68 5. *significat eam quae in nobis est fide(m)* 78 27. immo *fides*, ut in eadem formula *designabat eam quae nunc in nobis est fides* 80 27 et in exemplis quae sequuntur: *non grauet eam quae in eum facta est caritas* 37 20. *praedicans eam quae futura est aesurrectio* 40 18. *crediderunt in eam quae sine errore est vera religio* 1 2 — *dicente* **eo** *qui dat* 74 30. *ab eo qui habet* 57 12. *exterminare temptat* 78 29. *in eo qui sedet* 58 4. — *in* **ea** *muliere quae peccauerat* 24 15. *ab ea quae in Deo est spes alienabitur* 20 4. *in ea* quae sine Deo est peruersio* 47 16. *rationem ab ea quae in uobis est dispensatione exigere* 24 35. — *in eo balneo ubi* 8 5. — *ex eo quod accipiunt* 32 4 — *ex eo quod* (coniunctio) *obseruationes custoditis, uacatio erit* 59 16. *eo quod* (coniunctio) *non eis miscemur nec compopulamur cum eis* 11 8. *eo quod non faciebant* (coni.) 63 31.

In plurali: **ea** (nominat. et accus.) *quae contraria sunt* 1 17. *praecesserunt* 21 5. *animam habent* 44 13. *praedicta sunt* 47 10 71 23 72 7. *saluant, non saluant, iuuant* 54 31—33. *inmortalitatem praestant* 63. *expediunt* 66 7. *iubentur* 72 13. *eis mandauit* 3 34. *ea quae necessaria sunt instrumenta* 37 19. *in lege sunt munda* 44 16. *futura sunt dona* 42 25. *ea quidem quae uerba fuerunt* 67 30; (**eorum** *qui*)* 3 28; structura non intellegitur. — **earum** *uiduarum quae tales sunt* 31 25. **eos** *qui nocent* 2 24. *de plebe ei crediderunt* 4 4. *utuntur eam* 6 16. *cum eo sunt* 12 16. *peccauerunt* 12 31. 16 29. 32. 19 6. 24 8. 40 8. *peccant* 20 6. *tribulantur* 26 12. 66 16. *conuertuntur* 24 10. *uenient* 45 14. *iam tenti sunt* 45 29. *intellexerunt, laesi sunt* 47 15. 19. *illum possident* 57 7. *requiescunt* 62 4. *ambulant* 65 29. *contemnunt* 65 31. *possunt* 66 18. *praesunt* 68 12. *crediderunt* 70 11 *eos fratres qui habent* 65 25. *eos, ad eos qui tales sunt* 21. 2 8. *aduersus eos qui errauerunt* 45 10. *per eos qui non sunt baptizati* 58 16. **eas** *quae tales sunt; eas quae tales sunt mulieres* 7 9. 29. *eas quae tales sunt stultas obseruationes* 62 34. *eas quae meliorant* 35 8. *eas domos ubi* 35 4.

Lectiones evangeliorum et hieronymianae versionis et aliarum aliquot novisti; quaeret fortasse quispiam, num in iis scriptis, quae ipsius sint Hieronymi, eadem varietas advertatur. Fateor libri *de viris inlustribus* mihi eum tantum apparatum ad manum esse, quem publici iuris fecit BERNOULLI (1895). *Epistula ad Damasum* et *prologi quattuor euangeliorum* ex *comm. in Matthaeum* in multis codicibus traduntur; ad alia scripta nunc suppellectilem non habeo praeter infra indicatam.

Prologus: *ob eorum causam qui crediderant; ea quae audierat; is* (*Ioh.*) *cum esset*, sine relativo.

Epistula ad Damasum: *cur non ea quae male edita .. sunt, corrigimus? Praetermitto eos codices quos adserit contentio. Ita calamo temperauimus, ut, his tantum quae sensum uidebantur mutare correctis, reliqua manere pateremur;* Epternacensis: *hiis*. — *Ille qui* duobus ex tribus locis eminentiam quandam significat: *illa* (inter *exemplaria toto orbe dispersa*) *quae cum graeca consentiant ueritate; illa uera interpretatio quam apostoli probauerunt.*

Bernoulli in nostra re discrepantiam librorum non exhibet: *se eius esse loci cuius sit* cap. 12;

eo tempore quo 5 bis, 64, 76; *eo die quo* 67; *eo quod* cum subiunctivo *dixerit, deseruiret dicat* 37, 54, 63; cf. nostram adnotationem 16 sub **I**;

sectatores eorum qui putant prol.; *doctor eorum qui suscipiunt* 13; *nonnullos eorum qui uiderant* 17; *non formidabo eos qui minantur* 45; *ad eos qui erant* 16; *ad persequendos eos qui credi-*

derant 5; *adversum eos qui sequuntur, qui faciebant* 38, 43; *inter eos qui scripserunt* 31; *propter eos qui crediderunt* 3; *ea quae scripta sunt* 55;

etiam hi qui discrepabant ab illis 35; voluit pronomina inter se opponere.

manifestum his qui legerint 9; (*dedit*) *his qui oderant* 19; *ab his qui uolunt* 101; *de his qui lapsi sunt, qui scriptitant* 66, prol.; *de his quae non legi* prol.; *de his quae sensu precamur* 11; *nihil de his quae uidentur desiderans* 16; *apparuit eis* 13; *congratulantis eis* 38; *dixit eis* 16; *ignosce eis* 2; *interpretaretur eis* 54; *qui sunt cum eis* 10; *eis inputetur* 5: nullo horum septem locorum relativum sequitur; octies habes *his qui*; nusquam vel sine relativo vel cum eo *ii iis*. — 47 *sub iisdem principibus*.

97 *in hoc habetur detestabilis, quod Liberium . . . sollicitauit.*

Hieronymi libro lecto sponte Gennadium conferes; habet *eo sono quo est* in cap. 66; *eo quod* 48[1]; *de eo quod odio sint, scriptum est, dicit* 4 . 40 . 61; *ora eorum qui, ex numero eorum qui* 1; *eos qui, aduersus eos qui* 2 . 8 . 23 . 27 . 85 . 86 . 91. Idcirco *octauus (liber) de his quae sub fine mundi uentura* 95 simile videtur iis, quae ex evangeliorum codicibus sub **IV—V** attuli. Sed in cap 16 *Faustinus scripsit aduersum Arianos libros septem, his eos maxime scripturarum testimoniis arguens quibus illi prauo sensu utuntur* certe pronomina discriminare voluit. — Semel enotavi 25 *eis: aduersus . . . et eius magistrum, ostendens eis, esse* etcet. — Ne nimis multa vocabula, septem, a vocali inciperent, *his* scripsisse videtur 11: *edidit . . . sententiolas obscuras et, ut ipse in his ait, solis . . cognoscibiles*. — *Ille qui* ab *is qui* differre videtur 33; *ut ille solus corruptibilitati non subiaceat qui solus habeat inmortalitatem*, et 17 *inter quas (epistolas) praeminent illae quas . . dedit*; et 27 *nec domino dignum, rebaptizari illos qui in nomine simpliciter Christi baptizantur*. —

Facile vides, pronominum quaestionem absolutam non esse; propediem et de aliis libris agemus, qui hodie ad manum non sunt, et de inscriptionibus quibusdam, imprimis de legibus Salpensana, Malacitana, coloniae Iuliae Genetivae, cum antiquioribus monumentis legalibus[2]) et tabulis honestae missionis q. v. comparatis.

[1]) *Ad Theodosium panegyricum eo maxime quod fide et oratione . . uicer[e]t*; sic editor; voluitne *uinceret?* Quod e codice refert *uicerit p*. LIII, Gennadii est; cf. Hieronymum.

[2]) Locos quosdam nunc iam exscribo, eos tantum, quibus demonstrativum relativo excipitur; ne semel quidem ibi vel scribae vel incisores aspiraverunt perperam vel de pronomine *hic* cogitaverunt. Cave vero litteras *e* et *i* sociatas ubique eodem sono efferas: nisi asteriscum addidi, semper *ei* est Lucilii illud *i pingue*, i. e. una vocalis *i* inter nostram *i* et *e* media; ubi addidi, est diphthongus *e—i*, quemadmodum etiam in nominis, quod est *oleum*, genetivo *olei* et in nominis, *reus* genetivo *rei* et nominativo pluralis ablativoque *rei, reis* litterae *e* repetitionem VII. et VIII. urbis saeculo vitaverunt.

Lex repetundarum: *C viros ex eis*, quei . . . in eum annum lectei erunt, legat*. Lex agraria: *eis* hominibus agrum in Africa dederunt, quos stipendium pendere oportet*; *inviteis eis*, quei posidebunt.* In eadem nomin. pluralis: *ei* agrei, quei supra scriptei sunt.* Lex Cornelia: *de eis*, quei cives Romanei sunt, praeconem legunto; eis* viatoribus, quei lectei erunt..* Lex Antonia: *ieis consolibus, quei supra scriptei sunt* (bis); *nei quid portori ab ieis capiatur, quei vectigalia redempta habebunt.* Lex Rubria, fragm. Veleianum: *nise iei, quos inter id iudicium accipietur, ieis nominibus fuerint, quae supra scripta sunt.* Fragm. Atestinum: *de ieis rebus, quibus iudicia data erunt.* Lex Iulia: *ex eis* consulibus, ad quos professiones fierei oportebit; in eis* loceis, quae . . . erunt; eis*, quorum ante aedificium ea via erit, denuntietur*; *eis*, quei ea conducta habebunt, ut utei fruei liceat; eis* diebus, quibus faciet.* — Formae *iei, ieis, ei, eis* pariter sunt bisyllabae. — Relativo non subsequente demonstrativum in illis titulis non differt; cf. **VIII** supra p. 10, ubi secus est.